


Vol. 2.

Th: M. Martineau

DISSERTATIO MEDICA, INAUGURALIS, DE Pneumoniae et ſedis ejus Hiſtoria.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON

Ampliſſimi SENATUS ACADEMICI conſenſu,

Et nobiliſſimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini ſubjicit

THOMAS NEUFVILLE,

EX INSULA JAMAICA.

Phoebe, fave, novus ingreditur tua templa ſacerdos.

TIBULLUS.

Prid. Id. Junii, hora locoque ſolitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,LXXVI.


WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Fratri suo charissimo

JOSIÆ NEUFVILLE,

ARMIGERO,

Sibi non magis sorte nascendi

Quod frater natu major est,

Quam virtutibus animi,

Et verâ probitate

Colendo honorandoque;

Item,

Viro egregio

JOANNI MORSE,

ARMIGERO,

Ob humanitatem et amicitiam,

Qua erga se tutoris,

Absente patre, officio functus est:

Denique,

Viro docto et ingenioso

JOANNI SQUIRE

WANDSWORTHIÆ,

In agro Surriensi

Chirurgo, nemini artis suae

Peritia secundo;

Suo in medicinae tyrocinio

Praeceptori pariter ac amico;

Has studiorum medicorum primitias

Exiguum, sed grati animi, testimonium,

D. D. C. Q.

AUCTOR.

DISSERTATIO MEDICA,

INAUGURALIS,

DE

Pneumoniae et ſedis ejus Hiſtoria.

I. PENSUM, quod, ut peritiae medicae exemplum, academiae leges a laureae petitoribus exigunt, cum neceſſario mihi ſuſcipiendum hoc tempore ſit, de thoracis cavi inflammationis ſignis externis et ſede ſcribere decrevi. Hanc, quia plus, quam quaelibet una iſtius loci inflammatio, cui ſimplex nomen auctores dederint, diverſaſque habitas, et alio aliam nomine nuncupatas, comprehendit, ne quidvis notorum nominum falleret, novo impoſito Pneumo-

niam appellavi. Nova logica Verulamiana, ſeu rerum verarum inductione, hanc hiſtoriam omni membro ſtabilire in animo mihi eſt, e fidiſſimis graviſſimorum auctorum ſymptomatum praecipuorum obſervationibus, et cadaverum inciſionibus, materiam omnem tracturo. Qui labor, haud paulo, quam inexperto videretur, major, eo acceptior legentibus eſſe debet; quod nihil dubium, nihil anceps aut incertum, ratione mera ſuſpicabile nihil tradetur; contra, omnia evidente rerum verarum fide firmabuntur. Inde morbi diſcrimina, inde pathologiam illuſtraturae rationes graves, inde cauſarum remotarum explicatio, et medendi denique conſilia, quaſi ex puro fonte, profluent. Ut a definitione incipiam, ſigna, quibus cognoſci pneumonia, et ab aliis morbis dignoſci, queat, ſunt, ‘ Pyrexia *, ſpiritus difficilis, tuſſis ‘ et alicubi thoracis dolor †;’ quorum ſingula, quo illuſtrior morbi natura ſit, paulo fuſius perſequar.

HISTO-

* Cull. gen. morb. cl. 1. Charact. p. 227.

† Cull. prim. Lin. cui titulus eſt, Firſt lines, cccxxiv.

HISTORIA MORBI.

II. Semper fere cum frigore febrili, horrore, aucto calore, crebris pulsibus, et robore imminuto *, morbus est. Et si quo in malo, quod

* Haec pyrexia Hoffmanno 'febris acuta inflammatoria' dicitur; Med. Rat. Syst. tom. 2. sect. 2. cap. 6.; sect. 1. p. 136. et sect. 4. p. 137. Clegh. diseases in Minorca, c. 6. p. 261. 262. Boerhaav. Aphor. 820. et 875. Morg. de sed. et caus. morb. epist. 21. n. 23. 27. 33. et sexcentis praeterea locis per hanc passim, et 20. epist. Morgagnius adeo praesentiam febris necessariam judicat, ut in pneumonicis, quos a praeceptore suo Valsalva acceptos tradit, casibus, si quando vox *febris* abest, eam pro subintellecta habeat; ut epist. 20. n. 27. Cujus haec verba sunt: 'Qua ratione levis febris conjuncta fuerit cum peripneumonia? hunc enim morbum fuisse in eo viro, Valsalva, qui et viventem vidit, et mortuum secuit, non dubitabat; titulum enim huic observationi adscripsit, De pulmonia.' Triller. de pleurit. aphor. 1. Ægrot. prim. p. 62. secund. p. 72. Cull. prim. Lin. cccxxv. Omnibus xxxii casibus hujus morbi, quorum historias contexuit, et in xi quorum post finem etiam visa in cadaveribus commemorat Frederic. Wendt,

quod alioquin pro pneumonia justa habeas, neque calor neque pulsuum crebritas * creverunt, pleuritis spuria aut pleurodyne †, aut

Wendt, exceptis illorum 12mo, horum octavo decimoque, in quibus tantum non diserte memoratur, pyrexia, quam ille febrem dicit, perpetuo haerebat. Sandiforth. thesaur. Eadem in x. Trillero expositis manifesta quoque erat.

* Clegh. loc. relat. p. 264. 'Aliquibus,' inquit, 'calor corporis mediocris, quibusdam minor naturali erat, sed plerisque adeo intensus, ut mercurium in thermometro ad cii. quandoque ad civ. gradum tolleret.' Et paulo post, 'pulsum naturali modo, vel etiam tardiorem, reperisse sese dicit. Eodemque pertinentem ex O'Connol, de morb. acut. p. 235. sententiam refert; cujus haec verba sunt.' 'Pulsum in pleuritide minus celerem aut fortem (febre tamen acuta in summo vigore nihilominus subsistente) saepius notavi.'

† Hoffman. loc. relat. sect. 2. Boerh. Aphor. 878. Cull. praelect. de usu, et Gen. morb. G. xxii. synonyma auctorum; ubi ille, hos adfectus rheumatismo adnumerat. Qui ipsi affectus, si pro rheumaticis habendi, et sine tamen calore et pulsuum frequentia adauctis, sunt, id minori morbi vehementiae tribuendum est.

aut capitis affectio subesse *, aut alius morbi hoc symptoma esse †, suspicanda sunt.

III. Pul-

* Quale coma est. Ita, 'multos somnolentos aut 'in somnum proclives' apud Clegh. p. 263. et passim loc. relat. Morgagn.

† Cave, quod multi faciunt, symptomaticos casus cum idiopathico confundas. Vid. et Morg. de sed. et caus. morb. epist. xxi. n. 11. 12. 13. 14. Qui casus catarrhi uterque erat effectum. Priori praecesserat catarrhus, ut ipse auctor fatetur, in qualem plus minusve senes fere omnes proclives sunt, et neque 'gravans 'in thorace, neque pungens dolor' suberat; loc. relat. n. 11. Eoque ab hoc nostro morbo, docente definitione (1.), aliena erat; magisque hoc, quod et pyrexia, et omnia alia, affectus pneumonicos comitari solita, aberant. Et, si aut protinus ante fatum aut priore aliquo tempore inflammatio subfuerat, ea obscurarum earum in numero fuerat, quae, in parenchymate existentes, nullum sui praesentium indicium, superante vita, edunt. Eodemque Vallisnerii casum exitialem, non inciso quamvis cadavere, pertinere, vix dubitabile est. Ubi, praeter catarrhi contagiosi per Italiam M,DCC,XXX forte grassantis, nec gravia quidem symptomata, nihil, nedum quod pneumoniam nostram declararet, erat. Facies, respiratio, vocis vis, et caetera ejusmodi, quorum, spectando audiendove, ferri judicium potest, omnia, qualia in sano solebant esse, deprehensa sunt. Epist. relat.

III. Pulſus, praeter crebritatem fere perpetuam (I.), etiam pleni, validi, duri, citique *; aliquando in aliis iiſdemve alias alii et abnormes † nonnunquam, praeſertim provecto aut ad mortem tendente morbo, debiles, exiles, molles, et inaequales ſunt; eſt ubi deficiunt ‡.

IV. Py-

relat. n. 13. Haec fere ita die iv. et v. erant. Poſtridie, quid factum ſit, ex Morgagnii verbis judices. 'Facies 'decolor, demiſſa, concidens, reſpiratio difficilis, vox 'humilis et languida, et tanquam ex profundo educta; 'expectorata materia omnino perpauca, crudiuſcula, et 'permiſto hic illic ſanguine obſoleti coloris, infecta.' Sed ipſe ſibi ad paucas ante mortem horas non pejus, ſed melius, ſe habere viſus eſt. Periit denique ſine ullo ſymptomate, niſi quod pulſuum ſubinde intermiſſiones, quae aliquot ante annis fuerant, hoc tempore ſolutae ſunt, et paululum ſitis acceſſerat.

* Cull. loc. relat.

† Cleghorn. loc. relat. p. 264. ima. Morgagn. lib. relat. paſſim per epiſtol. 20. et 21.

‡ Cull. libel. et loc, relatis. Boerhaav. Aphor. 826. Statum pulſuum, licet in omnibus, mox memorandis, caſibus is non memoretur, quodam tamen tenus primae quatuor tabulae monſtrabunt. Quarum prima ab epiſtolis Morgagnianis 20. et 21. altera a Trillerianis decem

IV. Pyrexiam aliquando praecedunt *, aliquando comitantur †, haud raro aliquot horarum ſpatio ſubſequuntur ‡ ſymptomata (I.), deinceps plenius memoranda, prae caeteris dolor ||.

V. Tuſſis, a pneumonia raro diſſociabilis, major aut minor, aliquando ſicca, praeſertim ab

decem caſibus, tertia ab undecim caſibus aegrotantium, quorum poſt mortem corpora incidit Fridericus Wendt, quarta a 32. caſibus ab hoc expoſitis, quorum plerique non exitiales extiterunt, petitae ſunt. Vid. tab. i. ii. iii. iv.

* Clegh. loc. relat. p. 262. ima.

† Morg. paſſim per loc. relat.

‡ Cull. loc. relat. 'Certum,' inquit egregius Boerhaavii interpres, 'tempus, quo ille dolor memorata 'ſymptomata ſequitur, non eſt, in quibuſdam citius, 'in aliis ſerius apparet. Obſervavi quandoque prima 'incipientis morbi hora dolorem ſatis acutum; et contra obſervavi, pleuritides verno tempore anni 1729, 'ubi ſecundo die morbi dolor oriebatur, neque adeo 'acutus tamen, et interim omnes tales aegri admodum 'periclitabantur.' Comment. ad Boerhaav. aphor. 883. vol. 3. p. 19.

|| Quemadmodum haec res ſe habeat, tabulas v. vi. vii. viii. conſule. Quarum quinta e Morgagnii epiſtolis xx. et xxi. ſexta a Trilleri x. caſibus, ſeptima ex eorum hiſtoriis, quorum cadavera Fridericus Wendt incidit, octava ex iis caſibus apud eundem Fred. Wendt quo-

ab initio, eſt. Eadem ſaepius, etiam ab initio, humida, ſputum colore varium, nunc liquidius, nunc ſpiſſius, alias copioſius, alias parcius, aliquando per aliquam moram nullam, ſaepe ſine ſanguine, ſaepe eo tinctum, trahit *.

VI. Spiritus, perpetuo, maxime inter trahendum, difficilis, cum, quia aegre pulmones explicantur, tum ob augeſcentem ex ea re dolorem, eſt †. Pleriſque corpore in latus labo-

quorum omnes, tribus exceptis, convaluerunt, petitae ſunt. In unaquaque, nam duplex quaeque eſt, columna, prior febrem non priorem, poſterior priorem eſſe denotant. Obſervationes figuris Arabicis exprimuntur.

* Vide infra annot. ad †.

† Cull. prim. Lin. cccxxvi. Clegh. loc. relat. p. 262. Sydenh. de peripneum. noth. ſect. 6. c. 4. n. 2. 7. Boerh. aphor. 826. Hoffm. M. R. S. tom. 2. ſect. 2. cap. 6. ſect. 4. Morgagn. epiſt. relat. paſſim. Quo clarius tuſſis, ſputorum, et ſpirandi ſtatus perſpiceretur, eum tabulis quatuor, nempe, ix. x. xi. et xii. exponendum judicavi. Quarum idem, qui ante, ordo eſt, nempe prima Morgagnii epiſtolas 20. et 21. altera Wendtii caſus, praeter tres ultimos ad ſalutarem finem perductos xxxii. tertia ejuſdem viri exitiales xi quarta Trillerianos x. reſpicit.

laborans *, multis in integrum †, inclinato, commodior decubitus, quem multi, nisi supini ‡, haud pauci, nisi erecta cervice ||, non ferunt **.

* Clegh. p. 263. Cul. loc. relat.

† Morgagn. de sed. et caus. morb. epist. 20. n. 17. et alibi hac et sequent. epist. Boerhaavius ‘ decubitum in ‘ unum modo, id est, in affectum latus, tolerabilem’ dicit. Morgagn. ead. epist. n. 16. 3. et alibi. Qui hoc 19. explicare conatur, de quo propediem.

‡ Morgagn. epist. relat. n. 22. xx. n. 18. Cull. loc. relat. Vide tabulam decubitus.

|| Morgagn. xxi. n. 27. Cull. loc. relat.

** Utrum affecto latere, an non affecto, an neutro, facilior decubitus sit, in tabula xiii. videbis. Quam confer cum tabula xviii. quae decubitus quoque est, et ubi, sive dextrum, sive sinistrum, latera, sive alibi thorax, doleant, qua in parte, quove modo jacentis tolerabilior decubitus sit, addiscere poteris. Hae duae tabulae, xiii. scilicet, et xviii. e Morgagnii saepius jam relatis locis sumptae solis sunt; nam ex Friderico Wendt ideo tabulam nullam decubitus accepi, quia ad hunc is parum adjecisse animum videtur. Secunda Trilleri aegrotans supina, sed sensus expers, jacuit; quintus situm centies mutavit, delirus etiam: Septimus sinistro

VII. Dolor, alii aliam thoracis partem, plerisque alterutrum latus obtinet *. Dextrum

finistro latere dolebat, solo dextro jacebat: Octavus neutro latere et solo tergo cubabat. Praeterque haec, nulla apud illum decubitus ratio reperitur.

* Vide tab. xiv. xv. xvi. xvii. Quarum decima quarta ex Morgag. loc. supra saepius relat. decima quinta e casibus Wendtianis, ad salutem praeter tres perductis, xxxii. decima sexta e casibus ejusdem exitialibus, decima septima e decem Trilleri, acceptae sunt. Et Clegh. loc. relat. p. 263. ubi, e sexaginta, eodem tempore aegrotantibus, quadraginta dextro latere dolebant. Ex xli casibus Morgagnianis, partim a Valsalva, partim ab ipso, tractatis, rejectis tribus, nempe 24to et 33tio epist. xxi. et 26to epistolae xx. ubi pars dolens aut non memorandus, ut in primo trium, aut non memoratus erat, in uno nempe 13mo, epistolae xx. dextrum latus, et sterni medium; in tribus, scilicet epistolae xx. 16to et 20mo, et epistolae xx. 27mo, utrumque latus, indoluerunt. Ex reliqua summa dextri lateris, ad sinistrum dolentis, ratio erat 12 ad 10; ad thoracem alibi dolentem 12 ad 7. Vide tabulas xiv. xv. xvi. et xvii.

Ex casibus Wendtianis xliii, in tabula xv. et xvi. expositis, rejectis duobus, nempe 18. tab. xv. ubi latus dolore, sed quis, non, dicitur, et 11, tab. xvi. ubi spiritus officina in solito pondere premi et dolores tussicula

trum latus aliquanto ſaepius, quam ſiniſtrum afficitur. Aliquando, neutri contentus ad morbi finem dolor, ab altero ad alterum latus migrat, vel ita tranſit, ut prius affectum non

ſicula adaugeri, dicuntur, ſed pars dolens non declaratur; in uno, nempe 8vo, tab. xv. dextrum latus die primo; die 2do poſt ſanguinis detractionem ſiniſtrum, indoluerunt; et in altero, nempe 25to ejuſdem tab. xv. primo die ſiniſtrum acerbe doluiſſe, dein die 2do in dextrum mutuo contactu propagatus, dolor praedicatur; item in tab. xvi. caſu 4. ſiniſtrum primum, dein die 3tio dextrum, et in caſu 6to ibidem prius dextrum, dein die 4to ſiniſtrum dolore affecta ſunt; denique, in 7mo ejuſdem tabulae, dolor dextri lateris die 4to ſiniſtrum etiam, non deſerto prius affecto, affecit. Ex reliqua ſumma, dextri lateris, ad ſiniſtrum dolentis, ratio, ſi utramque, nempe xv. et xvi. tabulam comprehendis, erit 19 ad 14. Quodque ad thoracis, alibi dolentis, rationem attinet, xv. caſus non ad rem attinet, quippe ubi dolores maxime vagi incertique ad nullam unam partem referendi eſſent; eoque dextri lateris dolentis, ut 19 ſiniſtri, ut 14 ad thoracem alibi dolentem, ut 1 eſt. Proximam his tabulam, nempe, xviii. de induſtria omittimus; quia ejus caſus ex pluri-mis lecti erant, unde nulla ſummae rei ratio haberi poteſt.

non deſerat *. Idem modo ſub ſterno aut circa hoc †, modo in tergo inter ſcapulas ‡, et in laterum alterutro nunc ſuperius ||, nunc inferius §, nunc anterius ¶, nunc poſterius **, longe ſaepiſſime ſextam aut ſeptimam coſtam mediae fere longitudinis, vel paulo anterius ††, occupat. Idem, ubicunque, et praecipue, ſi in latere, maximeque ſi in coſta relata, ſedet multo ſaepius vehemens et pungens, aliquando ſed multo rarius obſcurior et obtuſior, cum ponderis potius quam doloris ſenſu, eſt. Immo rariſſimum eſt, non aliquo

* Trill. aegrot. v. iv. vii. Frid. Wendt, ex caſibus xxxii. xxv^um^. Vid. tab. xv. ibid. caſ. 8. ibid. tab. xiv. caſ. 16. 20. epiſt. xx. et ibid epiſt. xxi. caſ. 27.

† Tab. xiv. column. 3. epiſt. xx. ob. 11. 13. 45. et xxi. 30. et ibid. column. 1. ob. 30.

‡ Tab. xiv. column. 3. ob. 53. epiſt. xx. et ob. 24. epiſt. xxi.

|| § ¶ ** †† Vide paſſim tabulas doloris et loca unde relata ſunt, et Cull. pr. Lin. cccxxviii. ‘ Verum,’ inquit Van Swieten, ‘ dolor latus alterutrum occupat, ‘ quandoque dorſum, pectoris anteriora et omnia illa ‘ loca, quae § 877. recenſentur.’ Comment. ad Boerhaav. aphor. 883. vol 3. p. 19.

quo currentis morbi tempore pungentem aut vehementem dolorem esse ‡‡.

‡‡ Vide tabulas doloris, ubi longe frequentissime dolorem pungentem reperies. Ita in tab. prima doloris, in serie tabularum, xiv^ta dolor vehemens aut pungens aut magnus in his casibus, epist. xx. 35. 39. 41. 43. 47. 49. 55. et epist. xxi. 17. 19. 23. 29. 30. 35. 36. et epist. vii. 11. ad numerum igitur quindecim est. In epistolae xx. casibus, 3. 4. 11. 13. 16. 20. 26. 51. 53. 59. 61. et epistolae xxi. 24. 32. nempe numero tredecim, qualis dolor fuerit, non memoratur; sed non pungentem aut alioquin modo suo memorabilem diligentia Valsalvae, Morgagnii cura, mentis acumen, item magna fides, animusque ad hanc rem nunquam non intentus, suadent. In his casibus, nempe epistolae xx. 9. 17. 33. et epistolae xxi. 27. 34. ad numerum quinque dolor gravis, obtusus, levis, aut alioquin non pungens, vehemens aut magnus, esse dicitur. Ergo, rejectis 13 illis, ubi doloris modus non memoratur, casibus, doloris pungentis ad obtusum ratio est, ut 15 ad 5, vel triplo major. Quae lux hinc diagnosi affulgeat, manifestum est. Videamus deinceps ejusdem hujus rei apud Fridericum Wendt rationem. Ita in tabula xv. et xvi. dolor acutus, atrox, praeacutus, acerbus, acerbissimus, acer, mordens, lancinans, saevissimus aut pungens. (quibus omnibus vocibus res eadem, nempe pungens, magnus aut vehemens, non obtusus, levis, aut gravans, dolor intelligitur), in his tertiae tabulae casibus i. ii. iii. iv.

vi.

vi. vii. viii. ix. x. xi. xiii. xiv. xv. xvi. xvii. xviii. xx. xxi. xxii. xxiii. xxiv. xxv. xxvi. xxvii. xxix. xxx. xxxi. xxxii. item in his quartae tabulae i. iii. iv. v. vi. vii. viii. ix. esse dicitur. Ideoque, hoc viro teste, doloris pungentis ad obtusum est, ut 35 ex 43, etiamsi in reliquis octo dolorem gravantem fuisse concederetur. Quod utique concedendum non est; nam in quinto casu tab. xv. et 10mo et 11mo tab. xvi. qualis dolor sit, non dicitur. His igitur tribus rejectis, soli tres casus erunt ubi dolor gravans esset, nempe, tab. xv. xii. xix. et xxviii. Et totius rei ratio ut 35 doloris pungentis ad 3 gravantis, erit.

His omnibus perpensis, et cum interiore morbi sede comparatis, quam gravissime plerique medici erraverint, qui obtusum dolorem et acutum ex diversis sedibus pendere, et diversas morbi species constituere, nempe ab illo peripneumoniam, seu pulmonum inflammationem; ab hoc pleuritidem, seu pleurae costas succingentis inflammationem, esse, existimarent, facile cuique et primo intuitu patebit. Rectissime igitur optimus praeceptor noster et nosologus suam hactenus nosologiam corrigendam, genusque x. pariter et xi. pro uno eodemque morbo habendum, Primis suis Lineis ostendit. Vide Pr. Lin. ejus cccxxix. et cccxxx.

TABULA I.

XX.

Pulsus

9	Frequentes, celeres, duri, die 3tio, magis inaequales; die 4to, deficientes.
33	Frequentes duri, non valde turgidi.
41	Sub morbi finem indies deficientes.
59	Frequentes, celeres, parvi, debiles.
30	Frequentes, celeres, debiles, inaequales, intermittentes.

XXI.

19	Inaequales, crebro intermittentes, frequentes.
17	Magni et frequentes primum, dein et duri ad paucos ante mortem horas.
23	Frequentes, parvi, et nonnihil inaequales.
34	Duri, maxime confusi, inaequales, intermittentes, nec interdum sine doloribus convulsivis.
29	Frequentes, parvi et digitis parum resistentes.
30	Die 5to, pleni et duri, eodem dein frequentes, aequales, non duri; die 7mo, minores, frequentiores: 8vo, parvi, digitis parum resistentes.
27	Subduri, et digitis semper ad mortem usque resistentes.
32	Minores, et debiliores.
35	Tensi, intermittentes, postremo paulatim deficientes.

☞ Annotatio. In reliquis casibus, alias nobis relatis, pulsuum status non memoratur.

TABULA II.

Pulsus

I.	Duri, frequentes, serrati.
V.	Ab initio sat validi, fortes, et duri.
VI.	Duri, frequentes, serrati, inaequales die 7mo.
VIII.	Duri, frequentes, serrati.

TABULA III.

Pulsus.

IV.	Duri, frequentes.
V.	Inaequales die 8vo.
VI.	Die 4to, frequentes, 6to, celeriores aucto ardore, 7mo fere naturales, 11mo, frequentes.
VII.	Die 2do, celeres, duri.

TABULA IV.

Pulsus.

VII.	Duri, frequentes, die 8vo, frequentiores, 10mo, fere sani.
VIII.	Die 2do, duri, frequentes.
X.	Duri, frequentes.
XII.	Frequentiores.
XVI.	Die 9no, frequentiores.
XX.	Celeres, elevati.
XXIII.	Die 15mo, sani.
XXV.	Celerrimi.

TABULA V.

XX.		XX.	
3		30	
5		27	XXI.
7		32	
9		35	
13			
16			
17			
20			
26			
33			
35			
39			
41			
43			
47			
55			
59			
61			
17	XXI.		
19	An antefuit dolor?		
23			
24	An febris ſubintelligitur?		
34			
29			
30	Hic dolorem prius exiſtentem manifeſte ſecuta febris eſt.		

Quoties, ut in caſibus, epiſt. XX. quorum inciſionem Valſalva curarat, vox febris, ei non memoratur, eam tamen ſubintelligi, Morgagnius, epiſtol XX. n. 4. oſtendit. Idemque de caſu 24. epiſt. XXI. dicendum ex eodem dicto concludendum eſt.

TABULA VI.

I.	
II.	VII.
III.	
IV.	
V.	
VI.	
VIII.	
IX.	
X.	

TAB. VII.

I.	IV.
II.	VI.
III.	IX.
V.	
VIII.	
VII.	
X.	

TAB. VIII.

I.		VI.	Die 2do, dolores.
II.		IX.	Die 4to, dolores.
III.		X.	Secutus ſub noctem dolor.
IV.			
V.		XI.	Die 3tio, lancinatio.
VII.		XV.	Die 3tio, dolores vagi.
VIII.			
XIV.		XVII.	Die 2do, dolor
XVI.		XVIII.	Poſt communiorem affectum phlogiſticum manifeſtior die 2do, febris, ſecutumque aeſtum lancinatio comitatur.
XXI.			
XXIV.			
XXV.			
XXVI.			
XXVII.			
XXVIII.			
XII.	Ante frigus dolor.	XX.	Sequente nocte dolor.
XXIX.		XXII.	Die 2do, dolores.
XXX.		XXIII.	Die 4to, dolor.
XXXI.			
XXXII.			

TABULA IX.

	TUSSIS.	SPUTA.	SPIRITUS.
X. 3	Tuſſis.	Sputa ſanguine tincta poſt viri- deſcentia.	Difficilis.
5		Purulenta, multas horas ante mortem ſuppreſſa.	
7	Vehemens.	Aliqua.	Difficilis.
9	Moleſtior.	Aquoſa et livida, die 3tio parciora, valde craſſa, denſa, albeſcentia interdum et flava, ſuppreſſa nocte 4ta.	Spirandi difficultas, die 3tio aucta.
13	Multa.	Parca.	
16	Tuſſis.		
17		Nulla, die 4to ſpumoſa, roſea, multa.	Difficilis die 4to ingens.
20		Multa.	Difficilis,
26		Aquoſa, uberrima, progrediente morbo pauca, viſcida, lenta, et nonnihil graveolentia.	Difficilis quaſi a catarrho, dein difficillimus, denique ſuſpirioſus, ſoluſque erecta cervice.
30	Tuſſis primis diebus nonnihil perpaucos poſt.	Humida. Sicca et irrita.	Gravis ante pneumoniam
33	Tuſſis importuna.	Cruenta.	
35	Tuſſis.	Nulla.	Spiritus difficilis.
41	Tuſſis.	Pauca.	Spiritus difficilis, ſed non difficillimus.
39	Tuſſis plurima.	Plurima, copioſiſſima, craſſa, flava, lineis ſanguineis paucis diſtincta, tandem ſuppreſſa.	
43	Tuſſis.	Progrediente morbo, ſanguine tincta, uno die non pauca.	Difficilis.
45	Tuſſis permoleſta.	Nulla.	Laborioſus.
47	Tuſſis.	Vix ulla.	Dolore abeunte gravior ſemper ſpirandi difficultas.
49	Tuſſis.	Sicca, craſſa aliquando.	Gravior fit.
51	Tuſſis.	Paucae materiae et ſanguineo colore tinctae.	Difficilis.
53			Spiritus erecta cervice.
55	Tuſſis.	In principio aliqua, poſtremo ſuppreſſa.	
59	Tuſſis inanis.		Frequens.
61		Primum modica, nec glutinoſa, tandem rotunda et purulenta.	Cum dolore.
XI. 17			Frequens ſed non peſſimus.
19	Tuſſis crebra, latratui ſimilis.	Craſſa, in iiſque albae particulae, quaſi polypoſae, poſtea ſanguis in iis, poſtremo imminuta.	Difficilis.
23			
24	Tuſſis.	Nulla, certe quae attinerent ad morbum.	Difficilis.
27	Tuſſis prorſus irrita.		Difficilis.

TABULA IX. Continuata.

	TUSSIS.	SPUTA.	SPIRITUS.
29	Tuſſis profunda et prorſus irrita.	Ex ore humor aquae inſtar ſpumoſae in qua caro recens lota ſit.	Difficilis.
30		Craſſa ſpumoſa, variegata ex flavis, die 5to cruda, flava, fluida, ſine ſpuma.	Difficilis, die 7mo frequentior.
32	Tuſſis, ſicca primum	Pus cinereum, lividum, foetidum, incruentum.	Spiritus non niſi erecta cervice.
33	Tuſſis.		Difficilis.
34	Multa tuſſis.	Viſcida, ſanguinolenta, et non multa.	Erecto corpore.
35		Non ſine aliqua ſanguinis tinctura apparentia, non proceſſerunt	
36		Fluida et rufa.	
VII. 18		Nulla.	Difficilis.

TABULA X.

	TUSSIS.	SPUTA.	SPIRITUS.
I.		Subcruenta; die 2do et 3tio eadem ſed pauciora; die 4to flava, multa; 5to larga; 8vo, copioſa et viſcida uſque ad 11 diem.	Die 4to difficilis et ſtertoroſus.
II.	Tuſſis.	Die 3tio ſanguinea; die 6to alba, et 7mo et uſque ad 11 decreſcentia quotidie.	
III.		Quaedam cruore tincta; 5to alba, copioſa; ab 11 ad 14 alba.	Intercluſus.
IV.	Tuſſiendi inanis cupiditas.	Poſt 10 diem purulenta, copioſa; 25to ceſſaverunt.	Brevior; poſt 10 liberior.
V.		Die 4to et 5to cruenta, 6to alba.	Impeditior.
VI.		Die 8vo alba et ſequentibus diebus.	
VII.		Sanguineis ſtriis diſtincta; die 8vo ceſſaverunt; 9no alba.	Difficilis.
VIII.		Alba; ſub diei 7mi finem copioſiora.	Die 2do praecluſus.
IX.	Tuſſis, die 4to pertinax.	Die febris 4to, doloris 1mo cruenta; 5to pauca; ſanguine miſſo, liberaliora, cocta, flava; die 7mo flava, copioſa et 8vo.	2do die doloris, 4to febris anheloſus; 6to moleſtior.

X. Tuſſis,

TABULA X. Continuata.

	TUSSIS.	SPUTA.	SPIRITUS.
X.	Tuſſis, die 4to dolorifica.	Die 5. et 6to alba; 7mo et 8vo nigra; 9no alba, uſque ad 34	Die 2do ſumme anguſtus; 4to, difficilior.
XI.	Tuſſis humida ante morbum.	Die 4. ſputa ac ante morbum; 7mo et 8vo ceſſant, cum malo effectu; 9no, ſanguine detracto, copioſiora et magis cocta, ad 18vum producta	Die 4to moleſtior; 9no intercifus et ſuſpirioſus, ſanguine detracto facilis.
XII.		Die 6to alba et 7mo, 8vo, 9no, 10mo.	Saepius interruptus.
XIII.		Die 4to alba paucis ſtriis ſanguinis diſtincta; die 5to, 6to, 7mo, 8vo, ad 9num eadem; die 9no flava ad 14.	
XIV.	Tuſſis.	Cruenta; die 4to ceſſant, vena inciſa, cocta, matura, flava, multa; 6to ſuppreſſa; et 8vo commoda.	Difficilis.
XV.		Cruenta; die 4to alba, copioſa; purulenta (a 7mo) ad 10mum.	
XVI.	Tuſſis, die 2do dolorifica.	Sanguinea; die 5to copioſiora et purulenta.	Impeditior.
XVII.		Sanguinea; die 4to alba ad 8vum.	Dyſpnoea aliqua.
XVIII.	Tuſſicula die 2do.	Die 3tio alba, 7mo pauciora.	Moleſtus ſpiritus.
XIX.	Tuſſis frequens.	Alba; die 2do, ſuppreſſa.	Difficilis.
XX.	Tuſſis continens.	Die 2do ſanguinea; die 3tio cruenta affatim; die 5to flava; 6to larga, facilia; 8vo pinguia, multa; 11mo flava, copioſa.	Anheloſus, ſuſpirioſus, laborioſus; nocte 6ta difficillimus; die 9no ſuſpirioſus et intercifus.
XXI.		Pauca, nigricantia; 3tio eadem; 4to albida; 5to alba, pauca; 6to magis cocta; 8vo ad 14mum, copioſa, pinguia, alba.	Moleſtus.
XXII.		Alba; 4to albida; 6to alba cum ſummo dolore.	Interceptus.
XXIII.	Tuſſis.	Die 5to, tuſſi expreſſa cruenta; 6to eadem; et 11mo ad 12 copioſiora; 15to non cruenta, copioſiora, aut parciora ad 20mum.	Impeditus, die 6to expeditior.
XXIV.		Die 10mo, ſanguinea, 11mo copioſiora et flava ad 17mum.	
XXV.	Tuſſis cum ſummo dolore.	Die 3tio cruenta; 5to ſuppreſſa; 7mo cocta, pinguia, flava, affatim ſine moleſtia; eadem ad 24tum.	Die 5to cum gemitu et lamentatione.

XXVI.

TABULA X. Continuata.

	TUSSIS.	SPUTA.	SPIRITUS.
XXVI.	Tuſſis die 9no ferina.	Die 9no tandem cruenta; 10mo ſanguineis ſtriis diſtincta; 14to purulenta, inſigniter copioſa uſque ad 22dum.	Impeditior; 6to impeditior et difficilior.
XXVII.		Alba; 6to nulla, exacerbati dolores; 7mo pinguia, multa, copioſa, coacta; 10mo abſoluta.	Cum ſtridente ejulatu.
XXVIII.	Tuſſis.	Die 3tio ſanguinea; 6to et 7mo cruenta adhuc; 8vo ſine doloribus, larga, flava.	Impeditus; 5to impeditior; 6to et 7mo liberior.
XXIX.		Die 5to flava, ut et 6to; die 7mo imminuta, doloribus majoribus.	
XXX.	Tuſſis.	Die 4to cruore mixta; 5to imminuta, ſaeviſſimis doloribus; 6to pauca, purulenta, ſpumoſa; plurimus inde in pectore ſtrepitus.	Difficilis, die 5to praecluſus.
XXXI.	Tuſſis. Die 7mo et 8mo tuſſiendi intercepta poteſtas	Pauca, nigra; 3tio pauca, prava; 4to nigra, doloribus ferocibus; alba, pauca vero et ſpumoſa cum ſummo dolore rejecta, nullam ſpem ſalutis oſtendentia; 9no pauca, mala, mors.	Die 2do anheloſus redditus, 4to ſuſpirioſus; 7mo et 8vo gemebundus, ſtrepens; 9no ſtertoroſus.
XXXII.	Tuſſis pertinax die 4to ſicca. Die 25to reddit.	Cruenta, item die 2do et 3tio; poſt tertiam ſanguinis detractionem, die 4to flava, matura, nullo ſanguine tincta; 5to eadem; 10mo ad 14tum pauca.	Die 2do anguſtior, 5to facilis, 6to impeditus, 16to interceptus doloribus.

TABULA XI.

	TUSSIS.	SPUTA.	SPIRITUS.
I.	Tuſſis fere nulla.	Nulla fere.	Anguſtiſſimus, 7mo gemebundus.
II.		Die 2do bilioſa, purulenta; 3tio, cruenta, ſequentibus ad 8vum diebus copioſa, cocta, flava.	Inciſa vena die 2do liberior, 8vo haud difficilis.
III.	Tuſſicula.	Nulla, deficientibus viribus.	Cum ſaevo dolore.

IV.

TABULA XI. Continuata.

	TUSSIS.	SPUTA.	SPIRITUS.
V.		Pauca, cruenta.	Suſpirioſus, ejulabundus; die 3tio liberior, ſub veſperam cum ſtrepitu; 4to difficillimus.
		Flava, bilioſa; die 7mo ſtrepitus in pectore ex ſputo, 8vo flava, pauca.	Die 6to, interceptus; 7mo, liberior.
I.		Die 2do cruenta; 3tio ſtriis ſanguineis diſtincta, ſub veſperum alba, nullum pus rejectum; 6to quaedam; 7mo coacta, copioſa, ſubflava; 11mo pauca; 14to nulla	Die 3tio moleſtiſſimus cum gemitu et lamentatione, ſanguine detracto liberior; 12mo, ſtertoroſus.
II.	Tuſſiendi cupiditas inanis, die 5to ob dolorem vitatur.	Die 5to nulla.	Die 2do, anheloſus, ſuſpirioſus; 3tio ſuſpirioſus, interciſus.
III.		Screatu ſanguineo; die 2do cruore miſta ad 11mum; 11mo larga, coacta, ſalutari flavedine tincta; 13tio repente ſuppreſſa.	
X.		Spumoſa, nigricantia, parca; die 4to et 5to, ſanguinis miſſione, 6to reducta.	Laborioſus; die 6to, gravior et ſonantior.
	Tuſſis ferina.	Flava multa fruſtra.	Anhelans, erecto corpore.
I.	Tuſſicula dolores augens.	Die 3tio et ſanguine miſſo cruenta; 4to ſuppreſſa.	

TABULA XII.

TUSSIS.	SPUTA.	SPIRITUS.
Tuſſicula die 3tio pertinax.	Pauca, arida, die 2do cruenta; 3tio cruenta; 4to magis coacta, copioſiora, et ſanguineis tantum ſtriis diſtincta; 5to plane ſuppreſſa.	Interceptus dolore, die 2do ſuſpirioſus, laborioſus; ſanguine detracto facilior, ut et omnia; altera detractione liberior; 5to ſuſpirioſus, laborioſus, et inter trahendum moleſtiſſimus, cum ſtridore ſonoro, plane interclusus.
Remanens cum ſummo dolore.		

II.

TABULA XII. Continuata.

	TUSSIS.	SPUTA.	SPIRITUS.
II.	Die 2do tussiendi inanis cupiditas.	Die 2do spumosa, pauca, sanguineis striis distincta; noctu suppressa; 3tio sanguine detracto notabiliter copiosa, cum modica molestia, sed adhuc spumosa, incocta, et sanguine florido tincta; 4to penitus fere suppressa; vespero 5to facilia, larga, cocta, salutari flavedine tincta.	Die 1mo suspiriosus, anhelans, noctu suspensus, interceptus; 3tio sanguine detracto liberior, reductis viribus.
III.	Joannis Tussis. Tussicula aliquamdiu remansit.	Cruenta, rejectu difficillima; die 3tio, faciliora sanguine e brachio abducto.	Die 3tio liberior, sanguine e brachio ablato.
IV.	Petri Tussis. Tussicula aliquamdiu remansit.	Cruenta, rejectu difficillima; die 3tio sanguinis, quantum e brachio alterius, ex hujus pede detractum; 4to cocta, incruenta.	Die 4to liberior.
V.	Tussiendi inanis et anxia cupiditas.	Sanguine tincta; die 4to sanguine adhuc tincta; 8vo, cocta pinguia, flava, incruenta, copiosa, citra molestiam.	Angustissimus, die 4to liberior.
VI.		Die 5to sanguinea; 6to suppressa; 7mo, ex screatu difficillima.	Difficilis; 6to arduus, sanguine detracto liberior; nocte 6ta molestus, difficilis.
VII.	Tussis. Die 12mo inanis.	Cruenta; 11mo multa, cocta cum levamine rejecta; 12mo intercepta; 13tio remediorum usu cocta, multa sine molestia.	Interceptus; die 8vo intertrahendum dolentissimus; dein liberior; 10mo cum tremore horrendo, nocte facilior.
VIII.	Die 4to tussiendi inanis et creber conatus.	Die 5to circa meridiem multa, spumosa, cruore mista, nocte 5ta parciora; die 7mo matura, cocta, flava, nullo dehinc sanguine tincta; 11mo cocta, flava, pinguia.	Difficillimus; die 2do afflictissimus; 4to anhelosus; 5to promptior, nocte 5ta difficilior.
XI.	Tussis diebus 3tio, 4to, 5to facilis; 5to ferocissima; diebus 7mo, 8vo, 9no, 10mo, 11mo, quievit.	Cruore mista; 5to sub noctem subcrassa, sanguinis aliquo adhuc tincta, facile rejecta.	Anhelus, laboriosus, suspiriosus; die 2do post venam incisam liberior.
X.	Tussis ferina; 5to mitior demum.	Vitelli ovi instar flava, spissa, tenacia, supra fidem copiosa.	

TABULA

TABULA XIII.

DECUBITUS.

	Affecto latere.	*Non affecto latere.*	*Neutro latere.*
IX.	3. Dextro. 16. In dolente, pariter, ſed magis affecto, nempe ſiniſtro, ſed minime in dextro. 33. Dextro, et ſolo hoc. 35. Siniſtro et ſolo hoc. 43. Dextro, et ſolo hoc; in ſiniſtrum recumbens exſpiravit. 47. Dextro, ubi dolor, et affectio intus. 49. Siniſtrum non multum dolens, et detracto ſanguine in omni parte facilis. Intus ſiniſtrorſum magis affectio.	17. Non affecto latere, nempe dextro et in dorſo. 41. Dextro, ante mortem in utrovis facilis. 47 Siniſtro, ubi ſine dolore affectio intus, ſed minor potius. 51. Siniſtro, non dolente, nam ſolus pectoris dolor memoratur, ſed intus plurimum affecto. 53. Nonnihil in latere ſiniſtro, non dolente, ſed intus verſus dorſum affecto. 55. Dextro, nam ſiniſter et dolebat, et intus aegrotabat. 59 Siniſtro, ſed dextrum dolebat, et intus laborabat.	9. Erecta cervice ſpiritus, dolente latere dextro. 13. Supino, erecta cervice ſpiritus; dolente latere dextro. 26. In neutro latere facilis, dextro difficilior, ſola erecta cervice ſpiritus; pars dolens reticetur. 30. Dextro latere dolente. 45. In neutro latere, ſiniſter dolebat et intus affectus erat. 53. In dorſo, cui intus reſpondentia laborabant. Hic igitur in parte, ſi minus in latere affecto decubitus facilior.
XI.		24. Dextro latere, neutro dolente, nam dolor thoracis ita interior erat, ut ſedes ejus deſignari non poſſet, pulmonum corpore intimo inflammato. 31. In dextro latere commodior, quia in ſiniſtro jacenti tuſſis movebatur. Pulmo ſiniſter pleurae adhaerebat aliter vitiatus.	17. In dorſo, affectione intus et dolenti parti, nempe dextrae thoracis, et in quam recubitum erat, reſpondente. 19. In dorſo; intus mira inſolita externum affectum clare non explicant. 23. Supino, cum doleret latus dextrum, dexterque magis vitiaretur pulmo. 27. Neutro in latere, licet primum alterum, dein alterum, dolerent. 29. In dorſo, dolente ſiniſtro latere; parietibus thoracis pulmones undique, etiam diaphragmati, adhaerebant.

TABU-

TABULA XIII. Continuata.

Affecto latere.	*Non affecto latere.*	*Neutro latere.*
		30. In utrovis latere, cum ſternum interius inferiuſque doleret. 36. In dorſo, cum toto thorace doleret, pulmones undique thoracis parietibus adhaerebant.

Quam bene haec ratio Cleghornianae conveniat, facile et obvium viſu eſt. Is, utrumcunque latus afficeretur, dolore intelligit, in contrario facillimum decubitum eſſe, ſed pleroſque ſupinos jacere, aut erectos ſedere confirmavit. Ita hic quoque pauciſſimi in affecto latere, plures in contrario, plurimi in neutro; ſed in tergo jacuerunt, aut erecta cervice ſederunt.

TABULA XIV.

DOLOR.

XX.	*Lateris dextri.*	*Siniſtri.*	*Alibi thoracis.*
		5 Ponderis ſenſus.	
	3		
	9 Gravativus ad ſcapulam vergens.	7	11 Thoracis, praecipue circa ſternum.
	13	16 Primum.	13 In medio ſterni.
	16 Poſtea.	17 Levis, obtuſus.	45 A ſterno uſque ad medios abdominis muſculos ad mammillam ſiniſtram et coſtas nothas magnus.
	20 Prius.	20 Dein.	51 Pectoris.
	30 Infra coſtas nothas et ſternum.	35 Pungens.	53 In medio thoracis.
	33 Gravando potius moleſtus.	39 Pungens.	
	41 Pungens.	49 Pungens.	
	43 Fixus, pungens.	55 Pungens.	
	47 Pungens.		
	59		
	61		

TABULA XIV. Continuata.

Lateri dextri.	*Sinistri.*	*Alibi thoracis.*
XI. 17 Anterius, pungens.	19 Infra sinistram mammam pungens.	24 Thoracis internus.
23 Pungens.	27 In altero, dein in altero latere dolor, in thorace sensus ponderis.	30 In inferiore sterno leviter pungens.
27 In altero, dein in altero latere dolor, in thorace ponderis sensus.	29 Pectoris pungens infra mammam sinistram.	36 Toto pectore, sed magis ad inferiora, pungens.
34 Gravans.	32 Ad imam legitimam costam sinistram, dein abiit dolor.	——
——	35 Pungens, dein gravans.	
24 Ita intus, ut sedes, nempe, doloris, non esset designanda.	——	
33 Utro in latere siletur. } VII.	11 Vehemens.	
. 26 Pars dolens non dicitur.		

TABULA XV.

DOLOR

Dextri lateris.		*Sinistri.*	*Alibi thoracis.*
Acuti continui.	II.	Acerbi.	XV. Acuti, continui, modo costas superiores, modo inferiores, modo claviculam aut scapulam afficientes.
Satis atroces.	III.	Lancinatio ad scapulas usque.	
Die primo, atroces.			
Praeacutus.	IV.	Juges.	
Acer mordens.	VII.	Fixus, pungens.	
Lancinatio, ejusdem lateris scapulam afficiens.	VIII.	Die 2do ex sanguinis detractione.	
	XIV.	Lancinantes.	
Gravans, et obscurus.	XX.	Acutus, fixus.	
	XXI.	Dolores totum sinistrum latus a clavicula usque ad ultimas veras costas; die 3tio atroces.	
Acerbissimus.			
Die primo lancinatio lateralis; 6to claviculae et totius brachii dextri gravans.	XXIII.	Praeacutus, pungens; die 10mo brachium quoque vexat.	
Die 2do in latere dextro premens, mox 3tio sub angulo inferiore scapulae, mox intra quintam, sextam, et septimam veram costam, lancinat.	XXV.	Acerbus.	
	XXVIII.	Obscurus et gravans, sub tussi acutus;	

TABULA XV. Continuata.

DOLOR.

Dextri lateris.	*Siniſtri.*	*Alibi thoracis.*
XIX. Ponderis, toto thorace, et in primis pulmone dextro ſenſus, dolores ex tuſſi frequente acuti.	XXIX. Acutus claviculae quoque; die 7mo ex ſputo imminuto pungens.	
XXII. Lancinantes; die 4to ſaeviores.	XXX. Saeviſſimus capitis quoque.	
XXIV. Pungens, die 8vo ex latere in claviculam migravit.	XVIII. Incerti lateris.	
XXV. Die 2do in dextrum mutuo contactu propagatus.		
XXVI. Continuus, pungens.		
XXVII. Pungens, acerbus.		
XXXI. Claviculae quoque et ſcapulae ſaeviſſimus.		
XXXII. Claviculae quoque, acutus et lancinans.		

TABULA XVI.

DOLOR

Dextri lateris.	*Siniſtri.*	*Alibi thoracis.*
I. Acutiſſimus punctorius.	IV. Pali inſtar, fixus ac punctorius.	III. In ſcrobiculo cordis fi- us ac intolerabilis.
II. Die 8vo, finito, ſaeva pleuritis.	VI. In ſanum ſiniſtrum die 4to mutatus.	
IV. Die 3tio dextrum infeſtans.	VII. Die 4to utrumque latus occupat.	
V. Thoracis obſcurus et gravans, in lancinantem die 3tio mutatus, in dextro latere ſaevior	VIII. Compungens.	
VI Lancinans.	IX. Acer, mordens, pungens.	
VII. Acutiſſimus.	X.	
	XI. Spiritus officina inſolito pondere premitur; dolores tuſſicula adauget.	

T

TABULA XVII.

DOLOR

	Dextri lateris.	*Siniſtri.*	*Alibi thoracis.*
	Obſcurus et gravans in verarum et ſpuriarum coſtarum confinio, mox acerbi lancinans.		
	Acutus pali inſtar fixus, intenſos dolores pungentes excitans.		
[.	Puncturae magis exacerbatae.		
.	Puncturae magis exacerbatae.		
	Acutiſſimus, pungens.		
	Acuta pleuritis.		
I.	Atrociſſima pleuritis fixa.		
II.	Longe acerbiſſimus.		
[.	Exquiſitus pungens.	X. Acutus et lancinans.	
	Acutus et lancinans.		

TABULA XVIII.

DECUBITUS MAXIME TOLERABILIS

Dolente latere dextro.	*Siniſtro.*	*Alibi thoracis.*
X. 3		
9 Erecta cervice		11 Erecta cervice.
13 Supino, erecta cervice.	16	13 Supino, erecta cervice.
16 Non in dextro latere.	17 In dextro latere, nonnunquam in dorſo.	26 In neutro latere facilis, in ſiniſtro difficilior, erecta cervice ſola ſpiritus.
30 Supino et in neutro latere.	35 In ſiniſtra parte, capite inclinato, minus incommode agente.	45 In neutro latere.
33 In dextro latere ſolo.	49 In ſiniſtro latere non multum dolente, detracto ſanguine in nulla parte.	51 Prius plerumque, dein ſemper in ſiniſtro latere.
41 Non in dextro latere.	55 In dextro latere.	53 In dorſo, et nonnihil in latere ſiniſtro, erecta cervice ſpiritus.
43 In dextro latere ſolo, in ſiniſtro mortua eſt.	59 In ſiniſtro et forſitan alibi, ſed non in dextro affecto.	
47 In utrolibet latere.		

TABULA VIII. Continuata.

DECUBITUS MAXIMÈ TOLERABILIS

	Dolente latere dextro.	*Siniſtro.*	*Alibi thoracis.*
XXI.	17 In dorſo. 23 Supino. 27 Neutro in latere. 34 Erecto corpore ſpiritus.	19 In dorſo duntaxat. 27 Neutro in latere. 29 Non in ſiniſtro latere, ſed in dorſo. 32 In dextro latere commodior, quia in ſiniſtro tuſſis movebatur.	24 In dextro latere, non in ſiniſtro, non in tergo. 27 Neutro in latere. 29 In dorſo. 30 In utrovis latere.
VII.		11 An, ob delirium decubuiſſe ſupinum, minus refert?	

In tabula quinta febris dolori non prior, immo aliquando posterior, ratione xxv ad iv; in septima ratione vii ad iii; in octava xx ad x est. Tabulae sextae, cujus casus selecti, quod communiter fit, non ostendunt, ideo mentio non fit. Sed febris dolori, quam hujus illi, antecedentis ratio, multo quam credi poterat, minor est. De qua re Cleghornium consule. Sed, quare non aliquandiu et manifesto intervallo, ut in reliquis, excepto rheumatismo, phlegmasiis febri dolor anteit? An quia in pulmonum sensili minus, teste Hallero, membrana, aliquando prius formata inflammatio est, quam sensilitas, quam solus morbus infert, tanta inferatur, quanta doloris sensum recipiat? Rheumatismi, hanc rem respicientis, ratio neque hujus loci est, neque, si esset, ulla nobis, solas res veras tractantibus, ratio attingenda est. Sed, quoniam solae fere omnium phlegmasiarum hae duae sunt, in quibus dolor perpetuo febri non praecedat, certe inde, nostrae istius ordinis nosologiae quam scite pathologia, quae ex locali vitio pyrexiam communem pendere ponit, conveniat, et naturalem ordinem det, nemini non patebit.

De tussi, sputis et spiritu eo prolixius et accuratius in tabulis, nona, decima, undecima et duodecima, actum est, quod magni momenti ea symptomata sunt, et ad judicium tam praesentis morbi naturae, quam futuri status, ducunt. Quod tamen judicium quae dirigat nullam, qualis e tabularum casibus deduci possit, conclusionem deducendam, sed rem integram lecturis relinquendam, eo magis existimo, quod, rebus expositis, de iis judicare illorum est, idque iis praeripere angustia

temporis

temporis vetor. Nec, ob eandem caufam, conclufione omni prognofin, quamvis ad hiftoriam partim attinente, folum abftinui, fed eandem refpicientes tabulas nullas dedi, hiftoriam fimpliciorem quae fupra tradita eft contexuiffe, et rerum inveftigatione exploraviffe contentus, et, quicquid fupra id ad inceptum perficiendum reliqui effe videatur, aliis relicturus, aut ipfe per otium forfitan olim intermiffum opus repetiturus. Denique, exempli potius dandi caufa, quam moduli ulla ex parte abfoluti, oftendendi fpe, laborem tantum aggreffus fum. Ad neglectam nimis medicinae ftudiorum partem, cadaverum inveftigationem, hujus academiae juventutem revocare, et magni Morgagnii utile opus commendare, volui; et, quoniam hiftoriae hujus fententiam et paene ipfa verba, ab illuftri viro Culleno, potiffimum accepi, quam is inter tantas ingenii occupationes, quibus artem medicam erroribus liberavit, rationibus explanavit, ex farragine perplexa in ordinem pulcherrimum explicavit, et omnia rebus veris firmavit, labores quoque graves, et ex aliis graviffimum, toedioque plenum illum, qui in cadaverum incifionibus perfcrutandis verfatur, non neglexerit, oftendere.

Jamque quinquennali ftudiorum curfu hic finito, meis in hac academia Praeceptoribus, ob pulcherrima praecepta, quae addifcendi mihi copiam fecere, decedens gratias ago.

F I N I S.

